Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35491
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ergo non omnes. Alii doctores dicunt aliter distinguendo
Nam in xpo erant assignande due voluntates
precedentes scilicet sensualitatis et racionis et tunc
dicunt isti quod oraciones quas fecit secundum racionem
erant omnes exaudite. Que autem secundum sensuali-
tatem non quadmodum fuit ecce facta in morte etc.
et ista est sententia magistri in 3o sententiarum. Sed ex
hoc oritur alia questio. Videtur enim sequi quod in xpo
fuit rebellio carnis a spiritu et sensualitate
a racione sicut in nobis ex peccato ade. Unde si
ada non peccasset etc. Sed constat xpm fuisse
immunem a quolibet peccato etc. Ergo in ipso non erat
talis rebellio et per consequens quicquid volebat sensua-
litas in eo concedebat et econverso etc. Ad hoc
dicitur quod in xpo non erat rebellio nec pugna. Sed
ut in toto se ostenderet verum hominem ideo aliquando
ostendebat actus sensualitatis sicut in orto sudan-
do orando tremendo et totum hoc erat cum
consensu racionis et non cum rebellione. Ideo volens
se ostendere verum hominem et quia homo libenter
secundum sensualitatem fugit mortem de hoc orabat
et sic pluries orabat et sepius. Unde tamen
ibat in illum statum ad templum ad orandum
turbabat ut hodiernum testatur euangelium cum dicit
Eiecit vendentes et ementes.

12 Magister volumus a te signum videre
Mt 12. Utrum confitenti et penitenti
redeundo in peccato mortali tota peccata redeant
et illa questio movet magistrum satis in quarto
sententiarum et propter eius difficultatem non decidit
sed opiniones doctorum recitat. Nam aliqui dicunt
quod redeunt et isti sunt doctores augustinus ambrosius
Gregorius Beda Rabanus. Nam Augustinus ex-
presse ponit quod redeunt et hoc in libro de diffinitionibus
et fundat se super dictum luce etc. de rege
qui voluit racionem ponere cum servis suis et dominum
concludit xpus sic et pater celestis faciet vobis etc.
et ita sentiunt et alii supra doctores no-
minati. Alii autem doctores dicunt quod peccatum
ingratitudinis tantum gravat quantum et gra-
1 oia vabant peccata preterita unde peccator confessus peccata
sua et habet remissionem peccatorum suorum si
meruit penam ingratitudinis quia ingratus
de dei beneficiis et ideo peccatum tantum aggravat
quantum aggravabat peccata dimissa et isti
pro eodem fundamento habent dictum apostoli ad Rom.
secundum prima est donum dei altissimi. Item filius

dictum prophete non puniret deus bis in idipsum
si peccata rediret tunc deus bis puniret et
sic magis teneretur quam mori quomodo sed ad naturam
partis scilicet determinat tunc videtur se isti parti ad-
herere. Nunc autem constat difficultatem sol-
vere ad dictum doctorum et non aliter sentiunt
alii doctores et bene et dicunt quod peccatum re-
deunt alii non aut scilicet quodlibet peccatum mortale
sed propter peccatum odii unde propter peccatum
omnia peccata redeunt et ad hoc valet dictum
Augustini. Unde augustinus non dicit quod pro quolibet
peccato omnia peccata redeant per odium fraternum et
ad hoc inducit dictum xpi dicentis Sic
faciet pater meus si non remiseritis unusquisque
de cordibus vestris etc. et ad hoc vero dictum
Augustini propter aliter astutus ymo odium non solum
peccata secum ducit ymo secum de novo adducit
magnam peccatorum multitudinem quod xpus clare
dicit et ostendit in euangelio hodierno Cum
immundus spiritus exierit ab homine tunc videt
iudeis petentibus signum verbum assumptum magister
volumus a te signum videre etc.

13 ... Miserere mei domine fili david Mt
14 Dicitur autem spiritus maligni
habitantes in homine tunc sunt in aia an prin-
cipue in corpore. Et quidam dicunt quod in aia et
hoc probant tali racione quia ibi spiritus ostendit
operacionem aie vel intellectus ut puta fatuit
homines magis intelligentes aliis. Hoc patet per
experientiam de istis qui habuerunt spiritus quorum
aliqui dum habuerunt tales spiritus videbantur ma-
gis intelligentes aliqui vero ut fatui videntur.
Si igitur tales operationes faciunt spiritus et sunt
in intellectu pro certo isti doctores concludunt quod tales
spiritus aiam ingrediuntur. Alii doctores dicunt
quod solum habitat in corpore et isti fundantur in
dicto augustini in libro de ecclesiasticis dogmatibus
qui dicit quod non est universale quod aliquis spiritus
creatus sic possit habere habitacionem in aia humana
ymo solum spiritus increati scilicet dei est habitacio
et hoc est verum et omnes doctores sancti tenent
se per partem ista quod si spiritus malignus posset
uniri aie humane tunc aia egressa a cor-
pore posset manere talis unio et sic quilibet
esset unum et aliquod unus filium quod nullus
spiritus bonus hoc potest cum ideo spiritu bono etc.
Nunc ad rationes alterius opinionis dicendum est